

Tortosa va rendirse quatre setmanes després de fet lo préstech per los ciutadans de Barcelona. Ab aquells 7,700 sous, com diu en Feliu de la Peña, pogué Ramon Berenguer IV proseguir lo setge i pendre la ciutat del Ebre, clau de Catalunya per la part de Mitjorn.

JOAQUIM MIRET Y SANS

## EL OBISPO DON JAIME SARROCA

Consejero y gran privado del Rey Don Jaime el Conquistador

### DOCUMENTOS

#### I

*Bula del Papa Gregorio X, facultando al Capítulo oscense para elegir obispo, con asenso y consejo de San Raimundo de Peñafort. En su consecuencia, fué electo D. Jaime Sarroca, Sacristán de Lérida y canónigo de la Seo de Huesca. (25 de mayo de 1273.)*

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Preposito et Capitulo Ecclesie oscensis salutem et apostolicam benedictionem. Nuper bone memorie Garcia oscensi electo apud civitatem Viterviensem viam universe carnis ingresso, tu filii Preposite tam tuo quam vestro filii Capitulum quorum procurator existis nomine nobis humiliter supplicasti ut providendi per electionem canonicam vel postulationem concordem eidem Ecclesie de pastore vobis licentiam concedere dignaremur. Nos igitur hujusmodi vestris supplicationibus inclinati, predictam licentiam vobis auctoritati presentium duximus concedendam, volentes ut de consilio et assensu fratris Raimundi de Pennaforti ordinis fratrum Predicatorum in conventu Barchinonensis, Penitentiarii et Capellani nostri, vobis assumatis personam idoneam in pastorem, si secus feceritis irritum decernentes. Dat. apud Castrum plebis VIII<sup>o</sup> kalendas Junii, Pontificatus nostri anno secundo.

(Archivo capitular de Huesca: armario II, leg. 15.<sup>o</sup>, pergamino núm. 926.)

#### II

*El Arzobispo de Tarragona refiere la elección de D. Jaime Sarroca en obispo de Huesca, y desestima las protestas formuladas, declarando válida la elección. (9 de noviembre de 1273.)*

In nomine patris et filii et Spiritus sancti amen. Cum oscensi ecclesia per mortem venerabilis viri bone memorie G. oscensis electi, pastoris esset solatio destituta, vocatis omnibus qui voluerunt, potuerunt et debuerunt comode interesse die ad eligendum prefixa, Capitulum Oscensis Ecclesie et Jaccensis Canonici convenientes in unum in Capitulo oscensis Ecclesie pulsata campana prout moris est ad Capitulum, et Spiritus sancti gratia invocata, placuit omnibus et singulis per viam procedere compromissi, et

elegerunt omnes concorditer Magistrum Aldebertum prepositum, et Eximium Sancti Sacristam oscensem, et Jacobum de Rocha Sacristam illerdensem ac canonicum Ecclesie antedictae, Forsancium Archidiaconum de Gorga, Andream de Clarisvallibus, Capellanum majorem Jaccensis ecclesie, ut ipsi vice omnium providerent ac vice de pastore ecclesie memorate, promittentes quod quecumque ipsi vel major pars eorum ex se ipsis, vel de aliis dumtaxat de gremio eligerent, ipsum reciperent in oscensem Episcopum et pastorem. Sicque dicti arbitri seorsum convenientes in capella palatii domini Episcopi oscensis, habito inter se diligenti tractatu, unanimiter consenserunt in venerabilem virum Jacobum de Rocha Sacristam illerdensem, virum providum et discretum in ejusdem ecclesie Episcopum eligendum; et magister Aldebertus prepositus predictus consensibus ipsius et coarbitrorum in scriptis redactis prout est juri consonum et etiam rationi, ex potestate sibi tradita a suis coarbitris supradictis, vice sua et suorum coarbitrorum et totius Capituli, memoratum Jacobum de Rocha Sacristam illerdensem et canonicum oscensem elegit in ipsius ecclesie oscensem Episcopum et pastorem. Qua electione publicata, omnes unanimiter supplicarunt jamdicto Sacriste ut prefate electioni de se facte consentire deberet. Et idem Sacrista licet videretur velle renuere, instancia sociorum devictus electioni consensit predictae. Quamquidem electionem sic concorditer celebratam, magister Aldebertus prepositus oscensis gerens vices Capituli Sede vacante, Forsancius archidiaconus de Gorga jaccensis canonicus, necnon Johannes de Camino canonicus oscensis supradicti, procuratores per Capitulum oscensem et jaccensem ad hoc specialiter constituti, nomine proprio et omnium de Capitulo oscense et canonicorum jaccensium in Capitulo Terrachoniense personaliter constituti, nobis Bernardo divina miseratione Terrachonense archiepiscopo, presente nostro Capitulo presentarunt humiliter postulantes predictam electionem ut pote canonice celebratam, per nos sine inore dispendio confirmari. Nos vero ipsum negotium una cum nostro Capitulo examinare volentes, Petrus Marsagalli clericus et scriptor domini Infantis Petri comparuit coram nobis, offerens procuratorium et quandam cedulam objectionum per quas ipsam electionem ex parte ipsius domini Infantis nitebatur impugnare, super quibus etiam se postulabat admitti alias ad sedem apostolicam appellabat. Insuper etiam comparuerunt Dominicus Petri de Bareya prior Sanctarum Massarum et canonicus oscensis, et Ispanus Daudans, jaccensis ecclesie canonicus nomine proprio et nomine Dominici de Castilione jaccensis Infirmarii, et Eximini de Exea prioris de Rava, volentes impedire processum predictum et confirmationem electionis supradictae, obtulerunt procuratorium ex parte dictorum Dominici, et Eximini, et quandam cedulam impugnationum nomine proprio et nomine etiam predictorum, ad Sedem apostolicam nichilominus appellantes. Quibus sic peractis nos assignavimus diem jamdictis Dominico Petri de Bareya et Ispano Daudans, ad comparendum coram nobis, et probandum si aliqua vellent probare de hiis que contra personam prefati electi duxerant proponenda, et ipsi predictam diei assignationem acceptare nolentes, in contemptum nostri illicenciati a nostra presentia recesserunt, dicentes se nolle procedere in negotio coram nobis. Ex parte vero procuratorum predictorum oscensis ecclesie fuit ex opposito propositum ac etiam allegatum, quod Petrus Marsagalli predictus non erat aliquatenus admitendus, nec procuratio ejus tenebat, nec erat ejus appellationi tanquam frustratorie, et minus legitime defferendum,

nec dicti Dominicus Petri de Bareya et Ispanus Daudans nec illi quorum nomine in negotio procedere intendebant erant admittendi, et tam illi quam Petrus Marsagalli predictus non poterant nec de jure valebant negotium electionis et confirmationis in aliquo impedire, rationes et allegationes ad hoc plures et varias inducentes. Unde cum propter varias et diversas altercationes super predictis habitas, negotium fuerit hucusque protractum, et procuratores oscensis ecclesie supradicti coram nobis apud Algeziram, valentinam diocesim, personaliter constituti humiliter institerint, ut electionem deberemus confirmare predictam. Nos vero examinato processu ipsius negotii, ac receptis testibus super fama, meritis ac idoneitate persone ipsius electi, et omnibus aliis que negotium dicte electionis tangunt consideratis sollicite et attentis, non obstantibus appellationibus predictis quas in parte ista frivolas reputamus, non obstante eo quod dictus Petrus Marsagalli pro domino Infante predicto tanquam procurator se opposuit cum de jure ut cum ejus reverentia loquamda idem dominus Infans se opponere non potuit in hoc casu. Quia nobis constat processum dicte electionis legitime factum et ipsam oscensem Ecclesiam propter longam tractationem multa pericula in spiritualibus et temporalibus et gravia dampna passam Deum solum habendo post oculos, electionem predictam de persona venerabilis viri Jacobi de Rocha, Sacriste ilderdensis et canonici oscensis Ecclesie supradicti, in eadem oscensem Ecclesiam celebratam, tanquam canonice factam, auctoritate metropolitana confirmamus, administrationem sibi in spiritualibus et temporalibus nichilominus concedentes. Quod est actum apud Algeziram in Ecclesia Beate Marie, presentibus testibus infrascriptis, quinto idus Novembris, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio.

Testes autem presentes fuerunt venerabilis dominus A. Barchinonensis Episcopus. = Frater A. de Castronovo, Magister Milicie Templi. = Nobiles viri Petrus Ferrandis et Jacobus de Cervaria. = Raimundus de Villafrancha, terrachonensis archidiaconus. = Poncius de Jardino, vicensis archidiaconus. = Bertrandus de Villafrancha. = Guillelmus Stephani. = Andreas de Albarcha. = Dalmacius de Monte Olivo. = Ego B. terrachonensis archiepiscopus subscribo. = Sig ✠ num mei Bernardi Dominici notarii domini terrachonensis Archiepiscopi supradicti qui predictis omnibus interfui, et de mandato ejusdem domini Archiepiscopi hec scripsi, loco die et anno quibus supra.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 3.º, perg. núm. 161. Orig.)

### III

*El procurador de D. Jaime Sarroca, electo obispo de Huesca, Arnaldo de Cascalls, intima al alcaide del Castillo y la villa de Sesa, Fortún Pérez de Suaso, la entrega de esta villa, que tenia por el Cabildo de Huesca mientras estuvo la Sede vacante, al Obispo electo. (28 de noviembre de 1273.)*

Anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>III<sup>o</sup> in festo sancti Andree apostoli. En presencia don Arnalt de Rosanas arciagne de Serraulo, et don Constantin archidiacone de Val et don Ramon de Boleya, et de don Beltran de Castellot canonges Dwasca (1) et de las testimonias de joso (2) scriptas, et de mi notario Arnalt de Cascaylo procurador del Senyor don Jacme por la gracia de

(1) De Huesca. (2) Abajo o debajo.

Deus electo Duasca, prego et requisito et demando a don Fortun Perez de Suaso que a el en logar e por nombre del avant dito senyor electo de qui el es procurador que el rendes et liuras (1) el Castiello e la villa de Sesa qui es et pertanye al avant dito electo a qui fiço ad el procurador a cobrar et a emparar en su lugar aquel Castiello et todas las otras cosas que ad el pertanyen por raçon de la Vispalia dosca, e encara lo requisito et demando quel rendes por raçon de la fe e la convenença et de la permission et del homage quel dito don Fortun Perez et so fillyo façieron al dito don Arnal de Rosanas archidiacone, et a don Pedro Barbero almosnero (2) Duasca en voç et en nomne del prior et de Capitol Duasca que le comendaron el Castiello de suso dito, ço es que rendes ad ellos o qualquiere Vispe Duasca aquel Castiello qual qui ora end fues (3) demandado sienes (4) de confracarta et sienes todo embargo, e luego por mayor certinidad (5) de don Fertun Periç qui el debes render el dito Castiello al dito procurador en logar del sinyor electo, el dito don Arnalt de Cascayls procurador avant dito presento et dieu (6) al dito don Fortun Pereç una carta de part del sinyor electo, la tenor de la qual es a tal. Jacobus miseratione divina oscensis electus, venerabili et dilecto in Christo dompno Fortunio Petri de Suaço Alcaydo Castri et ville de Sesa, salutem et dilectionem. Cum reverendus patri dominus B. Dei gratia terrachonensis Archiepiscopus electione de nobis in Oscensis Ecclesia celebratam duxerit confirmandam, et tam in spiritualibus quam temporalibus oscensis Episcopatus administrationem nobis duxerit comittendam, dilectionem vestram de qua plene confidimus deprecamur e nuncius vobis precipiendo mandamus quatenus cum dilectum nostrum clericum Arnalt de Cascaylo quod ad oscensi Episcopatu et ad vos specialiter mitimus pro emparandis et recipiendis villam et castrum de Sesa cum omnibus rebus iuribus et pertinentiis suis, et cum fructibus, redditibus et proventus eorundem ob mei amore et reverentia benigne recipiatis, et honeste tractetis et tradatis sibi villam et castrum predictos cum iuribus et pertinentiis eorundem, sibi que etiam curetis tanquam nobis de omnibus nostris redditibus fructibus et iuribus fideliter respondere, et faciatis ab omnibus aliis respondere, et regraciabimur vobis multum. Nos enim parati erimus vobis satisfacere sine difficultate et dilatione si in aliquo ratione dicti Castri vel ville vobis satisfacere teneamur. Dat. Alyaçire idus Novembris anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> tertio. Et leyda et odida (7) aqui aquella carta, el dito don Arnalt mostre e fiço leyr aqui una carta de procuracion general en la qual se contenia en qual manera el senyor electo devant dito faça procurador aquel Arnalt, a cobrar et emparar e reçebir e tener todos los bienes et Castiellos et villas que ad el pertanyen por raçon de la Vispalia Dosca. La qual procuracion leyda, el dito A. de Cascayls assi como procurador del dito electo et por nomne del, demando, requisito e prego otra vegada al dito don Fortun Perez que el rendes e liuras l'avant dito Castiello e la villa de Sesa assi como navia prigas (8) et mandamiento del senyor electo davandito et de todo el Capitol Duasca, et era tenuto de fer, diciendo que el se offeria et era apparelyado (9) aqui ad el de firmar et de segurar bien et plenament et sufficientment

(1) Rindiese y librase. (2) Limosnero (de *almosna*, corrupción o derivación del latino *elemosina*.) (3) A cualquier hora que le fuese demandado... (4) Sin. (5) Certeza. (6) Dió. (7) Oida (de *odir*). (8) Así como tenía ruegos (*pregas*, o *prigas*, forma catalana.) (9) Aparejado, dispuesto.

en aquella manera quel dito don Fortun Pereç sen tenes por millyor seguro de restituir et de pagar et demendar et de satisfacer bien e complidament sienes toda maleça et defueyta (1), a el de todas despensas et messiones (2) raçonablement por el feytas por raçon daquel Castiello et de aquella villa de Sessa a tener e a guardar entro ad aquel present dia, et en todas otras cosas qui por raçon daquel Castiello et daquela villa, el dito senyor electo ni el sian ad el tenudos, el empero dando conto (3) e façiendo al dito senyor electo o a qui a el querra ço qui raçon e dreyto sia (4) por raçon de los frutos et de las riendas (5) que collydas (6) ha daquel Castiello et daquela villa de Sessa, e aquesta forma et seguridat preparo et offrieco (7) el dito procurador al dito don Fortun Periç pregando e amonestando que la prendes e quel rendes el dito Castiello. La qual cosa si el fer non queria, lo dito procurador protesto et dixo aqui que de nengunas despensas ni messiones ni dannoç ni greuges (8) que el dito don Fertun Pereç sofris ni fes daquela ora enant (9) en aquel Castiello ni en aquella villa de Sessa ni per raçon daquel tener e guardar quel senyor electo avantdito ni el non len farian enmienda ni satisfaccion ninguna, antes protestaba todas las despensas e las messiones, e los dannoç, e los greuges que daquel dia enant el dito senyor electo ni el dito procurador farian ni sofferrian (10) por raçon daquel Castiello ni daquela villa de Sessa a cobrar, e prego et dixo et mando de part del sinyor electo al dito don Fortun Periç que el daquest present dia enant non prenda ni faga prender ninguna rienda ni ningun dreyto que al sinyor electo de suso dito ni a la iglesia dosca pertanga (11) en Sessa ni en sus terminos. Presentes fueron e clamados e plegados por testimonio en aquesta carta don Domingo de la Yedra, vicario de Sessa, et Don Ferrer capellan, et don Alamançon de Nasarre et don Exemen de Torres, et don Jacme de Seyra et don Pedro Gros, et otros buenos omnes infançonnes et lauradores todos estantes en la villa de Sessa. Et yo Alfonso scrivano publico de Sessa de mandamiento de los sobreditos esta protestacion escrivie et est sig ✠ nal mio costumnado hi fiç.

(Arch. capitular de Huesca : armario VI, leg. 1.º, perg. núm. 33.)

## IV

*El Capitulo de la Seo de Huesca intima á D. Fortún Pérez de Suaso la entrega del Castillo y la villa de Sesa al Obispo electo D. Jaime Sarroca. (28 de noviembre de 1273.)*

Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> tertio, en el dia de la fiesta de Sant Andres, don Arnalt de Rosanas archidiacone de Sarravlo, et don Constantin archidiacone de Val et don Ramon de Boleya canonge duesca, por mandament del Prior et del Capitol andaron a Sessa e mostraron letra de crediença (12) de part del Capitol a Don Fortun Pereç de Suaso Caveró que credes (13) ad aquestos tres sobreditos de quanto ellos dirian ad el de part del Capitol sobre la comanda (14) quel prior et el Capitol avian feyta al dito don Fortun Pereç del Castiello e la villa de Sessa. Et encara (15) sobre toda firma et seguridat ques debes fer a

(1) Sin toda maldad (mala intención) y excusa... (*defueyta*, de *fuir*, huir).  
 (2) Expensas y gastos. (3) Cuenta. (4) Esto que razón y derecho sca...  
 (5) Rentas. (6) Cogidas. (7) Ofreció. (8) Agravios. (9) En adelante.  
 (10) Sufrirían. (11) Pertenezca. (12) Carta de creencia. (13) Creyese. (14) Depósito, encomienda, entrega con garantía, toma del préstamo por contrato.  
 (15) Aún. Forma catalana.

profiecto et seguramiento del davantdito (1) don Fortun Pereç por raçon del davantdito Castiello. La qual letra vista e leyda en presencia de algunos veçinos de la villa de Sessa e del escrivano publico daquel logar, lavant dito don Constantin archidiacone por que la palaura li fo (2) comendada por los avantditos dos companyeros, la qual palaura ellos devian deçir a don Fortun Pereç de part de Capitol, dixo al dito don Fortun Pereç aquestas palauras que se siguen en esta forma. *Jo don Constantin, archidiacone de Val, por part e por mandamiento del Capitol duesca, demando a vos don Fortun Pereç que demantinent (3) nos rendades el Castiello e la villa de Sesa pórque nos lo podamos render e liurar a don Arnalt de Cascayls clerigo e procurador del sinyor electo duesca qui present es, segunt que le avemos rendudos todos los otros logares pertenientes a la Vispalia (4), e por que devades aquesto luego complir sodes (5) end obligado por fe, e por omnage (6) al Prior et al Capitol dosca, segunt que se contenexe (7) en las cartas publicas feytas (8) por mano de Alfonso, scrivano publico de Sessa. Et encara que vos fiçiestes (9) vassallo del prior et del Capitol por attender aquesto que de suso yes (10) dito, et esto yes en las cartas davantditas. Et por esto yo en voç e por nomne de Capitol mando a vos, como senyor deva e puede mandar a vasallo, que vosencontinent rendades a nos el Castiello de Sessa, e mando a vos espressament que daquesta ora adelant no usedes (11) de ningun poder por raçon de sinyoria como alcayt (12) o bayle en el Castiello ni en la villa de Sessa, ni demandedes ni prengades ni demandar ni prender fagades de las riendas ni de los dreytos que pertenexen a la senyoria en lavantdito Castiello e villa de Sessa. Et feyta aquesta demanda et requisition del davantdito Castiello, e feyto encara ad (13) el mandamiento avantdito, lavantdito don Constantin archidiacone dixo a don Fortun Pereç de part de Capitol aquesto que aqui se sige. Et yo don Constantin en voç e nomne del Prior et del Capitol con los davantditos dos companyeros que aqui son presentes, offrimos nos priostos e aparillyados de firmar, asegurar, et encontinent et dentro cierto termino e continent emendar e complir vos dando conto raçonable dentro el dito termino al senyor electo o a qui el mandara, todas las messiones e las despensas que vos don Fortun Pereç avedes feytas por guardar, retener et deffender el Castiello e la villa de Sessa, e todas otras messiones que vos avedes feytas en el tiempo passado raçonablementre por raçon del davantdito Castiello et de la villa de Sesa, vos rendiendó conto raçonable segunt que de suso yes dito, de todas las riendas e las receptas (14) que avedes presas del tiempo acha (15) que vos tenedes el Castiello. E aquesta firma somos priostos de fer ante que el Castiello rendades en aquella manera que vos mas segura e mas plana e mas complidament la querades demandar a toda mellyoria e pro vuestra. Presentes fueron e clamados e pregados (16) por testimonios en aquesta carta don Domingo de la Yedra,*

(1) Que se debicse hacer, a provecho y aseguramiento del antedicho...  
 (2) Fué. (3) Enseguida, inmediatamente. (4) Obispado; de *visps*, obispo.  
 (5) Sois o estáis. (6) Homenaje. (7) Contiene. (8) Hechas. (9) Hicisteis.  
 (10) Es. Esta forma y *es*, ó *yes*, se usa todavía en el Norte de Aragón. Es ciertamente catalana. (11) Uséis. Forma imperativo terminada en *des*, (*usedes*, *rengades*, *prendedes*), etc. (12) Alcaide. (13) *Ai* forma latinizada. (14) Ingresos, en oposición á *expensas*, gastos. (15) Acá. (16) Llamados y rogados (*clamar y pregar*.)

vicario de Sessa, et don Ferrer capellan, et don Alamançon de Nasarre, et don Exemen de Torres, et don Jacme de Seyra, et don Pedro Gros, et otros buenos omnes infançones et lauradores, todos stantes en la villa de Sessa. Et yo Alfonso, scrivano publico de Sessa, de mandamiento de los sobreditos, esta protestacion escribie (1) et est sig ✠ nal mio costumnado hy fig. (2).

(Arch. capitular de Huesca: ídem ídem.)

## V

*El Preósito y el Capitulo oscense encomiendan a D. Jaime Sarroca la administración de las rentas y frutos de la Prepositura, para regularizar su marcha y ello con ciertas obligaciones. (22 de abril de 1275.)*

Noverint universi quod cum Jacobus dei gratia oscensis Episcopus primo ad oscensem Ecclesiam pervenisset, et inter magistrum Aldebertum prepositum et Capitulum ac populum etiam civitatis ejusdem magnam invenisset discordiam propter quod prepositura ipsius Ecclesie multum erat in suis redditibus diminuta et scandalum etiam maximum ortum fuerat inter ipsum Prepositum et Capitulum, pro eo quia cotidianas distributiones eis dare ac alia servitia ad que ex officio Prepositure tenebatur facere non poterat ut debebat, et multis ex eisdem erat in certis summis ídem prepositus ex defectu hujusmodi obligatus, propter quod etiam cultus divinus erat diminutus, et subtrahebatur servitium Ecclesie antedictæ. Ideo dominus Episcopus ex injuncto sibi officio volens et intendens quantum cum Deo possit ad statum pacificum reducere Ecclesiam antedictam, et inter eos pacem et concordiam reformare, ac futuriis periculis, que ex hujusmodi discordiis consueverunt contingere, salubriter providere ac cultum divinum et servitium Ecclesie augmentare, ad supplicationem et multam instantiam prefati Prepositi et Capituli, recepit administrationem Prepositure ejusdem, sub forma et conditionibus inferius annotatis. Ita videlicet quod ipsam Preposituram in proximis kalendis Madii recipiat et emparet cum omnibus juribus et pertinentiis pertinentibus ad eandem, et incipiat facere servitium et subire ejusdem honora in omnibus, et recipiat omnes fructus redditus et proventus ejusdem a predictis kalendas usque ad septem annos completos, continue sine diminutione aliqua. Servitium autem Ecclesiarum de la Naya (3) et de Almudevar incipiat facere in proximis kalendis junii, et faciat similiter usque ad septem annos. Redditus tamen et proventus ipsius prepositure et dictarum Ecclesiarum statim incipiat recipere, et specialiter carnagium sive decimas carniarum, et siquid forte de dicto carnagio hujus anni jam recepit Prepositus totum restituat domino Episcopo antedicto. Prepositus autem de assensu dicti domini Episcopi et Capituli ad sui provisionem retinuit Igries per trescentis morabatinis, et Apies, Arasques, Sancta Eulalia, Nisano, Lienas, Yecada et Junças per centum morabatinis, ita quod collectis fructibus ipsorum locorum, si statim Episcopus voluerit solvere centum morabatinos ipsi preposito, omnes dictos fructus recipiat. Alioquin prepositus in ipsis fructibus centum morabatinos recipiat, et quod resi-

(1) Escribí. Forma del pretérito perfecto de indicativo, terminada e.

(2) Este señal (ó signo) mio acostumbrado hize... (3) *Lanaja*, diócesis de Huesca.

dum fuerit, recipiat dominus Episcopus antedictus. Si vero fructus summam centum morabatinorum non attingerent, compleat eidem preposito dominus Episcopus memoratus. Bajulus autem sive collector qui fructus victorum locorum colligere debuerit, juret in posse procuratoris domini Episcopi in presentia prepositi, quod fideliter se habeat in colligendo proventus et reddendo compoto. Prepositus autem dicta loca non deterioret, sed in bono statu conservet, et pro ipsis locis det prepositus et solvam decimam domini pape, et helemosine, et subeat omnia honora que de jure fuerint subenuda. Retinuit etiam quod sit unius de aliis personis, canonicam recipiat portionem, et in omnibus ecclesiis prepositure annexis vel subjectis unam procuracionem in qualibet ratione visitationis debitam recipiat annis singulis, prout facere consuevit. Vicarie autem portionis beneficia vaccatura, sive vaccantius per ipsum dominum Episcopum et prepositum conferantur, prout est consuetum. Retinuit etiam ipse prepositus quod per hujusmodi concessionem seu traditionem sue dignitatis honor quem sibi retinuit non diminuatur in aliquo vel ledatur, set sibi sic salva in omnibus prout melius et plenius consuevit habere in Ecclesia supradicta, et aliis sibi subjectis. Hoc adjecto etiam retenta quod dominus Episcopus solvat de debitis prepositure quinque milia solidis illis personis quas ipse prepositus ei tradetur inscriptis, vel conveniat cum eisdem, et debitorum recuperet instrumenta, ita quod pro illis nunquam prepositura vel bona ejusdem in aliquo agraventur. Prepositus autem omnia alia debita quam sunt pro quibus prepositura sit aliquibus obligata, canonicis vel aliis solvat totaliter, et ipsam preposituram omnino reddat immunem, ita quod ipsa prepositura vel ejus bona, ex hoc similiter non graventur, et sic post lapsum dicti temporis prepositura immunis et exhonerata remaneat, ab omni honore debitorum. Concessit etiam dictus prepositus quod dominus Episcopus et illi qui Preposituram administrabunt quod ipso possint uti vasis vinariis et aliis utensilibus que ad servitium ipsius prepositure competere dinoscuntur que sunt in quibuscumque locis prepositure ejusdem. Retinuit tamen idem prepositus ad inhabitandum domos prepositure. Osce, exceptis illis domibus que ad servitium preposituræ erunt necessarie ministrantibus pro episcopo. Quia vero dictus Prepositus recepit omnes fructus redditus et proventus prepositure a festo sancti Johannis citra a quoquidem tempore dominus Papa mandat solvi decimam pro subsidio terre sancte, ipse solvat decimam pro tempore supradicto. Si autem dictum prepositum contingerit cedere vel decedere infra tempus predictum, nichilominus idem dominus Episcopus ipsam preposituram teneat per totum tempus predictum et alius prepositus siquis substituëretur eidem pro sua provisione teneat loca predicta que sibi retinuit prepositus supradictus, et similiter teneat sub conditionibus supradictis. Et quia dicti Prepositus et Capitulum in dicto festo industriam persone predicti domini Episcopi specialiter elegerunt, retinuerunt quod si infra dictum tempus a regimine oscensis Ecclesie per quemcumque modum abesse contingeret, et alium sibi substitui prepositura ad prepositum libere revertatur, non enim intendit predicta dignitati concedere set persone. Fuit etiam conventum et inter eos conductum quod nunc per ipsum prepositum et Capitulum et ministros quos dominus Episcopus ad administrationem prepositure duxerit ordinandos, fiat inventarium per alphabetum divisum, tam de victualibus quam de vasis vinariis et aliis utensilibus et ceteris rebus mobiibus que modo tradet dictus prepositus, ut post lapsum dicti

temporis idem dominus Episcopus eum eisdem vel tantundem restituat preposito et Capitulo memoratis. Super prestatione autem decime facienda domino Pape de redditibus prepositure quas percipiet dominus Episcopus, sit inter eundem Episcopum et prepositum conductum extitit, quod si canonici et prebendati Ecclesie oscensi et clerici etiam aliarum Ecclesiarum prepositure de suis portionibus decimam solvere tenentur, de residuo solvat Episcopus. Si vero contingeret quod canonici vel prebendati obtinerent contra prepositum quod de portionibus suis idem prepositus decimam solvere tenentur, eam solvat prepositus, et Episcopus nichil solvat, quia totalis est intentio, quod dominus Episcopus de cotidianis distributionibus canonicorum seu aliorum portionariorum, quibus prepositura tenetur distribuere pro decima romane Ecclesie nichil solvat. Restitutiones autem et emendas transacti temporis, tam de decimis tributis et aliis, recipiat prepositus et ad omnia predicta complenda obligavit dominus Episcopus Mensam episcopalem, et prepositus preposituram. Preter hoc, si dominus Rex vel Infans peterent cenas in villis Prepositure, omnes ville prepositure contribuant. Si autem dominum Episcopum in aliquo de predictis casibus preposituram dimittere contingeret non completo tempore septem annorum predicto solvat de dictis quinque millia solidis pro rata temporis quod tenuerit administrationem predictam. Et si forte jam totum solvisset vel ultra quam eum pro rata temporis contingeret, illud recuperet a prepositura predicta. Que ordinatio fuit lecta et publicata in Capitulo oscense X<sup>o</sup> kalendas Madii anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> quinto, presente domino Jacobo dei gratia oscense Episcopo, P. Lupi de Bagone priore et magistro Aldeberto preposito, et toto Capitulo oscense. Et presentibus et ad hoc vocatis testibus venerabilibus B. de Eça prior jaccensis, Guillelmo de Alarico, Sacrista Valencie et Guillelmo de Monte Albano rectore Ecclesie de Verduno. Que omnia supradicta post publicationem factam in Capitulo ut dictum est fuerunt ab omnibus approbata. Sig ✠ num mei Michaelis de Barrionovo, notarii publici civitatis Oscensis, qui omnibus supradicti interfui et de mandato predicti Episcopi et omnium predictorum et singulorum hoc scripsi et in publicam formam redegi, die et anno loco quo supra.

Ego Jacobus Dei gratia Episcopus oscensis subscribo.

(Siguen las suscripciones de los canónigos.)

(Arch. capitular de Huesca: armario I, leg. 3.<sup>o</sup>, perg. núm. 100. Es un traslado hecho en 15 de mayo de 1279.)

## VI

*D. Jaime Sarroca, obispo de Huesca, impone castigos y penitencias a los clérigos porcionarios de la iglesia de Berbegal, por haber cometido graves excesos invadiendo la casa episcopal y la iglesia de aquella villa, la de Lagunarrota y otros lugares, y ocupando los frutos de la Mitra. (4 de Febrero de 1276.)*

Noverint universi quod cum ad hoc assumpserit deus nos Jacobum miseratione divina oscensem episcopum, ad regimen ecclesie sue sancte, ut subditorum curam gerentes, culpas excedentium puniamus, et eorum morbis medelam congruam adhibentes, mores eorum in melius reformemus, ne sanguis eorum de nostris manibus requiratur, ideo cum clerici ecclesie Berbegalis graviter excesserint propria temeritate ducti invadendo domum nostram et ecclesie Berbechalis, occupando etiam vinum nostrum, et bladum

et res alias sive bona que ibi et in ecclesia de Laguna rota, et in aliquibus aliis locis invenerunt, propter quod juxta constitutionem terrachonensem, in excommunicationis sententiam inciderunt et incurrerunt, etiam irregularitatem quod obstinata elatione contempnentes eandem sententiam celebraverunt divinum officium sicut prius, et eorum excessus sit notorius et ipsi etiam predicta confessi fuerint coram nobis et se voluntati nostre exposuerit totaliter tanquam culpabiles in predictis, nos licet eos de juris rigore graviter proveire possemus, cum graviter excesserint in premissis. Attendentes tamen quod ipsi sponte predictum excessum confessi fuerint coram nobis et micus agendum sit cum sponte confessis quam cum in jure convictis. Attendentes etiam quod ipsi misericordiam non judicium pecierunt, volentes misericorditer agere cum eisdem, et juris obtemperare rigorem, eosdem absolutionem cum instantia postulantes, restituti primitus omnibus que ceperunt, invaserunt, vel occuparunt, et asportaverunt de bonis predictis, quocumque modo fuerint occupata, ab excommunicationis sententia juxta formam Ecclesie duximus absolvendos. Set ne eorum excessus remaneant impuniti, et ne facilitas venie incentivum tribuat delinquendi, et eorum pena sit posteris in exemplum, maxime cum ipsi suis portionibus seu beneficiis que in dita ecclesia obtinebant, a tempore quo dictum maleficium perpetrarunt, suspensi et privati fuerint usque modo, eisdem mandamus, et sententialiter sub virtute obedientie, et prestiti juramenti, quod usque ad medium kadragesime proximo venture, faciant fieri propriis sumptibus unum portale lapideum cum una cruce lapidea in capite, et porticum supra portale, in exteriori hostio abbacie Berbechalis, ad instar portalis lapidei, quod est in palatio abbacie predictae, ut puniantur ubi delinquerunt. Injungimus eis etiam in penitentiam delicti predicti, ut pedes vadant hinc ad octo dies in peregrinationem ad Ecclesiam Sancte Marie de Salis, et ad Ecclesiam Jhesu Nazareni sedis oscensis. Et quod per predictum excessum oscensem ecclesiam graviter offenderunt, mandamus eisdem quod personaliter accedant ad Capitulum oscensem, ab eodem prostrati ad terram, et flexis genibus veniam postulantes, eisdem etiam sententialiter injungentes sub virtute prestiti juramenti, ut nunquam de cetero talia attemptare presumant vaccante oscensis Ecclesia vel etiam non vaccante, nec audeant de cetero per se vel per interpositas personas de bonis dicte Ecclesie seu Episcopatus oscensis ratione portionum, vel alia qualibet ratione, aliquid auctoritate propria occupare sine nostri vel successorum nostrorum speciali licentia et mandato. Volumus etiam et mandamus sententialiter quod nisi predicta omnia et singula adimpleverint in suis terminis prout superius est expressum extunc, suis portionibus sint privati, donec omnes predicti clerici omnia compleverint supradicta. Decernentes ipsos esse suspensos ab executione suorum ordinum quousque super irregularitate quam inde contraxerunt, inimicendo se divinis, auctoritate apostolica secundum canones sibi fecerint provideri. Quamquidem sententiam omnes predicti clerici portionarii Berbechalis, videlicet Salvator de Figuerola, et Natalis et Santius de los Juvers, et Dominicus de Arraus, et Dominicus Reals, et Guarsias Balistarii, et Dominicus de Aslor, et Santius de Açara, ratam et firmam habentes, ipsam totaliter aprobarunt. Quequidem sententia lata fuit per nos Episcopum supradictum, apud Barbastrum, in claustro Ecclesie Sancte Marie, II nonas februarii anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto, in presentia et testimonio magistri Aldeberti prepositi oscensis, et Constantini archidiaconi suprarbiensi, et J. de Camino precen-

toris oscensis, et J. de Turrifaceta precentoris illerdensis, et Bernardi Branchas, sacerdos Ecclesie de Salis de Barbastro, et J. archipresbiteri Barbastri, et pluriim clericorum et laicorum ejusdem loci, et mei Raymundi Petri, notarii ejusdem domini Episcopi, qui de mandato domini Episcopi et clericorum predictorum hanc sententiam scripsi et sig ✠ num meum apposui die et anno prefixis.

(Arch. capitular de Huesca: armario IX, leg. singular, perg. sin signatura. Lleva sello céreo del obispo.)

## VII

*Citación hecha en Estadilla al vicegerente de D. Pedro Martínez de Artasona, rector de aquella iglesia, y luego Justicia de Aragón, para que comparezca en la Seo de Lérida á responder ante el obispo de Huesca, ó su procurador, de la retención indebida de la iglesia de Barbastro, en perjuicio de la Mensa episcopal oscense. Inclúyese un Breve pontificio al Deán de la Iglesia de Lérida, autorizando la censura eclesiástica para los usurpadores de bienes ó derechos propios de la Mensa episcopal de Huesca, los cuales serán restituidos. (28 de abril de 1276.)*

Die martis, scilicet IIII kalendas madii, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, Dominicus de Alcolegia portarius domini Regis in villa de Stadela personaliter constitutus presentavit et obtulit atque dedit Dominico Vincentii habitatori de Stadela gerenti vices Petri Martini de Artasona Rectoris Ecclesie de Stadela, quandam litteram sigillo cereo Raimundi Sancii canonici illerdensis sigillatam, enjus littere tenor talis est. Raimundus Sancii canonicus illerdensis, venerabili et dilecto in Christo Petro Martini de Artasona Rectori Ecclesie de Statella salutem in domino Jhesu Christo. Ex parte venerabilis A. de Verneto Decani sedis illerdensis, et judicis a Sede apostolica delegati nos recepisse litteras noveritis sub hac forma. Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio decano Ecclesie illerdensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit quod tam venerabile frater noster Episcopus oscensis quam predecessores sui Episcopi oscensis qui fuerunt pro tempore, decimas, terras, domos, vinneas, redditus, nemora, prata, pasqua, molendina, jura, jurisdictiones, maneria, possessiones et quedam alia bona ad mensam suam Episcopalem spectantia, datis super hoc litteris, factis renuntiationibus, juramentis interpositis, et penis adjectis in ejusdem Mensam lesionem enormem, nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi dicuntur a sede apostolica impetrasse. Quia vero interest nostra super hoc de opportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quod ea que de bonis ad Mensam ipsam spectantibus per concessionem hujusmodi, alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris renuntiationibus juramentis penis et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem ejusdem Mense studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerunt nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Data Lugduni X<sup>o</sup> kalendas junii pontificatus nostri anno tertio. Auctoritate igitur dictarum litterarum ad instantiam procuratoris venera-

bilis patris domini oscensis Episcopi, citavimus semel et secundo, Petrum Martini de Artasona Rectorem Ecclesie de Statella detinentem indebito ut dicebat ecclesiam de Barbastro, spectantem ad Mensam dicti Episcopi oscensis, prout hec omnia in actis per nos inde confectis plenius continentur. Unde cum nos simus ad presens tam propriis quam ecclesie ilderdensis pluribus et arduis negotiis occupati, adeo quod decisioni ipsius cause comode interesse non possimus ut vellemus, super ipsa causa vobis supradicto Raimundo Sancii ilderdensi canonico totaliter comittimus vices nostras. Dat. Ilerde XV kalendas Madii anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto. Quapropter vos monemus, et auctoritate quam fungimur in hac parte vobis precipiendo mandamus, quod die lune que erit V idus Madii per vos vel per procuratorem vestrum sufficienter instructum coram nostri presentia in claustro ilderdense comparere curetis, parati respondere domino Episcopo oscensi vel ejus procuratori super petitione quam quot vos movent super ecclesia de Barbastro, prout de jure fuerit faciendum. Et si ad illam diem non compareveritis, assignamus vobis diem veneris que erit IIII kalendas junii, quam vobis peremptoriam assignamus, ad quam diem per vos vel per procuratorem vestrum sufficienter instructum coram nostri presentia Ilerde in claustro sedis comparere curetis parati procedere super dicta petitione prout de jure fuerit faciendum, alioquin ex tunc in dicta causa justitia mediante procedemus vestra absentia seu potius contumacia in aliquo non obstante. Dat. Ilerde X kalendas Madii anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>. Quam litteram dictus Dominicus Vincentii gratanter recepit. Dixit etiam dominicus de Alcolegia predictus dicto Dominico Vincentii quod ipse citabat ex parte dicti Raimundi Sancii Petrum Martini predictum, ut compareret coram ipso Raimundo Sancii in claustro Sedis ilderdensis, et faceret ea que in dicta littera continebantur. Quibus peractis dictus portarius simul cum dicto tabellione recesserunt de dicta villa de Stadela. Quod fuit actum die et anno predictis in villa de Stadela, presentibus Dominico de Fontibus et Michaelae Burro, habitatoribus de Stadela, et Petro Modol corrigiario, et Laurentio de Salas habitatoribus Monsonis, et Bernardo de Castellione manenti cum Nineto de Bulfarmes cive ilderdense, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Sig ✠ num Bernardi de Tarrega notarii publici ilderdensis, qui hoc scripsit et predictis interfuit, et in publicam formam rededit.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 4.<sup>o</sup>, perg. núm. 254.)

#### VIII

*El notario real Miguel Violeta se presenta en Berbegal, en virtud de comisión del Rey Don Jaime, para prender á ciertos clérigos y seglares de aquella villa que violentamente habían ocupado los frutos y las décimas de don Jaime Sarroca, obispo de Huesca; y ordena al Concejo de Berbegal que los prenda y los envíe al Merino de Barbastro; que les embargue sus bienes; y que por razón de esto no retenga los diezmos y las primicias que se pagan a dicho Obispo, al que defenderá y ayudará. (6 de mayo de 1276.)*

Noverint universi quod die mercurii, pridie nonas Madii anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto, ego Michael Violeta, illustrissimi domini Regis Aragonum scriptor fui in villa de Berbegali, et coram P. Bernardi Sacrista oscensis et officiali A. de Cascaylls procuratoris domini oscensis episcopi, Martino

Garcesii Merino Osce, Egidio de Peralta Merino Barbastri et aliis multis dedi Justicie, Juratis et Concilio de Berbegali quandam litteram domini Regis predicti cujus tenor talis est: Jacobus dei gratia Rex Aragonum, Majorice et Valencie Comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis Bajulo, Justicie, Juratis et Concilio Berbegalis, salutem et gratiam. Cum Michael Violeta scriptor noster hanc aliquam pro nobis et de mandato nostro facere in Berbegali, dicimus et mandamus vobis firmiter quod credatis dicto Michaeli Violeta super omnibus que vobis ex parte nostra dicit et mandavit. Mandantes vobis sub pena personarum et rerum vestrarum quod faciatis ea que dictus Michael Violeta vobis ex parte nostra mandavit et dicit, et hoc non mutetis nec differatis si de nostri confiditis gratia vel amore. Dat. Xattive III<sup>o</sup> idus Aprilis anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> sexto. Qua littera lecta ego dictus Michael Violeta dixi Justicie, Juratis et Concilio ante dictis verba ista que secuntur. Dominus Rex misit me in partibus Aragonie ad expediendum quadam negotia sua, et audita facto clericorum de Berbegal et qualibet ipsi, dicendo quod dominus oscensis Episcopus erat mortuus occupaverunt bona que idem dominus Episcopus in villa et aldeis de Berbegal habebat et Bajulos suos inde ejicientur, voluit et mandavit mihi dicto Michaeli Violeta quod accederet personaliter apud Berbegale, et scirem qui erant illi clerici qui interfuerant in predictis, et etiam si aliqui laici ejusdem loci in hoc interfuerant cum eisdem, et quod caperem clericos, et captos predictos clericos traderem officiali predicto, et laicos caperem similiter, et bona eorum emparata facerem et traderem Merino Barbastri predicto, et quod ex quo clerici predicti videlicet Garsias Ballestero, Dominicus Darrao, Natale Baronus, Salvator de Figuerola, Dominicus Reals, Sancius de Azara, Dominicus de Azlor, qui erant in dicta culpa nolebant comparere coram dicto officiali responsuri super predictis et stare mandato suo ut debebant, quod ego Michael Violeta predictus mandabam prefatos Justicie, Juratis et Concilio Berbegalis ex parte domini Regis predicti, sub pena contenta in littera ante dicta, quod non sint ausi de cetero recipere cohaperire vel emparare in aliquibus domibus vel locis suis clericis predictos seu aliquem ipsorum in aliquo juvare nec dare eis aliqua victualia seu ipsos vel aliquem ipsorum in aliquo, set quod capiant eos, et captos tradant officiali jamdicto, ac etiam dictum officialem et homines suis juvare ad capiendos eos, quocumque et quotienscumque ab ipsis inde fuerint requisiti. Mandavi etiam eis ex parte domini Regis sub pena predicta quod ratione dictorum clericorum non retineant aliquid de decimis et primiciis quas solvere tenentur vel tenebuntur domini Episcopo antedicto, quod Bajulo seu clavigero ejusdem loci prefati domini oscensis Episcopi manuteneant et ipsum defendant ab omni malo, et sibi donent consilium et juvamen in omnibus in quibus eos habuerit necessarios quocumque ab ipso inde fuerint requisiti. Et mandavi Martino de Albalato scriptori publico Berbegalis, quod de omnibus et singulis supradictis faceret publicum instrumentum ob hoc ut dicere non possint quod dictum mandatum eis non feci ut superius est notatum. Testes hujus rei sunt dompnus Martinus Garces Merinus Osce, dompnus Egidius de Peralta Merinus Barbastri, Stephanus de Sancto Stephano, et alii multi. Et ego dictus Martino de Albalato scriptor publicus Berbegalis sub jussione Dominici de Villana notarii publici, pro mandato domini Regis ville et aldearum Berbecalis predictis omnibus interfui et de mandato ex parte domini Regis per predictum Michaellem

Violeta michi facta, hanc cartam scripsi et hoc sig ✠ num feci loco, die et anno quo supra, Era M<sup>o</sup>CCC<sup>a</sup> quartadecima.

(Arch. capitular de Huesca: armario IX, leg. singular, perg. sin signatura.)

## IX

*Fortuño de Ejea, Guardián del convento de Frailes menores de San Francisco, de Huesca, en virtud de comisión del Penitenciario pontificio, y oída la confesión del obispo D. Jaime Sarroca, absuelve á éste de la irregularidad en que habia incurrido, así como de la excomunicación, suspensión y en-tredicho, por su violenta intromisión y corrección en diversos asuntos eclesiásticos. (28 de junio de 1277.)*

Venerabilibus et in Christo karissimis universis et singulis, presentes litteras inspecturis, Frater Fortunius de Exea Guardianus domus fratrum minorum Osce salutem in filio Virginis gloriose. Noveritis nos a fratre Dominico, domini Pape penitentiario recepisse litteras sub hac forma. Frater Dominicus domini Pape penitentiarius, religioso viro guardiano fratrum minorum oscensis, salutem in domino. Porrectis nobis ex parte venerabilis patris Jacobi Episcopi oscensis precibus quantum cum Deo possumus benignius annuentes, discretioni vestre de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, auctoritate domini Pape committimus quot ejusdem Episcopi confessione diligenter audita si inveneritis quod pro violenta manuum injectione in religiosas personas seu clericos seculares, vel forsan excedendo correctionis modum in eis citra tamen excessum difficilem vel enormem, participatione cum excommunicatis non tamen in crimine; vel quod alias in locis supponitis ecclesiastico interdicto, seu alias excommunicatis presentibus, non tamen in conceptum clavium divina officia celebrando, excommunicationis sententias incurrerent generaliter editas contra tales, post competentem satisfactionem injuriam passis exhibitam, et super premissis peccatis suis aliis, nisi forte talia fuerint propter que merito sit sedes apostolica consulenda, provideatis hac vice de debite absolutionis beneficio juxta formam Ecclesie in talibus consuetam. Et injuncta sibi penitentia salutari, et aliis que videritis injungenda, super irregularitate si quam premissis aut aliis excommunicationis, suspensionis seu interdicti ligatum sententis, a quibus rite est absolutus; non tamen in contemptum clavium divina officia celebrando, Pontificale Officium exercendo, vel se alias divinis immiscendo contraxit, dispensetis auctoritate predicta misericorditer cum eodem, prout secundum deum anime ipsius saluti videritis expedire, dummodo aliud canonicum non obsistat. Data Viterbii XII<sup>o</sup> kalendas Aprilis pontificatus domini Johannis pape vicesimi primi, anno primo. Hujus igitur auctoritate mandati, nos predictus frater Fortunius de Exea, guardianus, ejusdem reverendi patris domini Jacobi dei gratia Oscensis Episcopi antedicti, humili confessione audita, ab omnibus excommunicationis sententiis, quas pro violenta manuum injectione in religiosas personas, seu clericos seculares, excedendo correctionis modum in eis, citra tamen excessum difficilem vel enormem, participatione cum excommunicatis non tamen in crimine, et quot alias in locis subponitis ecclesiastico interdicto, seu alias excommunicatis presentibus, non tamen in conceptum clavium divina officia celebrando aliquot incurrerit usque modo, et etiam ab omnibus aliis peccatis suis nobis confessis, auctoritate nobis comissa hac vice juxta formam Ecclesie duximus absolvendum, injuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari. Super ir-

regularitate autem quam ex premissis ac aliis excommunicationis, propensionis seu interdicti ligatus, sententiis a quibus rite est absolutus, non tamen in contemptum clavium divina officia celebrando, pontificale officium exercendo, vel se alias divinis inmiscendo contraxit, eadem auctoritate dispensavimus misericorditer cum eodem. In hujusmodi absolutionis et dispensationis testimonium, et ad majoris fidei firmitatem, presentem cartam concedentes eidem, nostri sigilli pendente munimine insignitam. Data Osce IIII<sup>o</sup> kalendas Julii anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> septimo. Nos frater Fortunius de Exea, Guardianus Osce supradictus facta absolutione et dispensatione cum eodem dilecto Episcopo de omnibus prout superius continetur, presentem cartam subscripsi manu propria in testimonium predictorum.

(Arch. capitular de Huesca: armario IX, leg. 5.<sup>o</sup>, perg. núm. 94. Ostenta sello céreo pendiente, ojival, con las efigies de la Virgen y del Angel que pronuncia las palabras de salutación; ambas separadas por un árbol. Alrededor, la inscripción que dice: ✠ S. GVARDIANI : OSCENSIS.)

## X

*Estatulo hecho por D. Jaime Sarroca y el Capitulo de Huesca, disponiendo que el canónigo de nuevo ingreso no perciba en el primer año su porción, la cual se destinará á pagar las deudas del canónigo antecesor, difunto, y á sufragios y limosnas por su alma. (19 de noviembre de 1278.)*

Noverint universi quod nos Jacobus dei gratia oscensis episcopus, de assensu et voluntate Prioris et Capituli oscensis, statuimus et ordinamus quod canonicus qui de cetero in ecclesia oscense receptus fuerit, per annum in ipsa Ecclesia non recipiat portionem, sed serviat per illum annum oscensi ecclesie sicut teneretur servire si eandem reciperet portionem, et portio illius anni detur pro anima canonici qui proximo decesserat, vel in debitis suis. Vel si debita non extiterint, in sacrificiis aut elemosinis sicut Episcopo et Capitulo videbitur expedire. Actum est hoc in Capitulo oscense die sabbati scilicet XIII<sup>o</sup> kalendas Decembris anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> octavo.

(Arch. capitular de Huesca: armario I, leg. 1.<sup>o</sup>, perg. núm. 47.)

## XI

*El Arzobispo de Tarragona concede potestad á D. Jaime Sarroca para conferir y proveer las Vicarias de Berbegal y Lagunarota, lo cual correspondia al Arzobispo, y confirma la colación de la Vicaria de Santa María de Barbastro, hecha por el Obispo de Huesca. (5 de enero de 1279.)*

Bernardus divina miseratione Terrachonensis Archiepiscopus, venerabili et dilecto fratri in Christo Jacobo per eandem oscensi Episcopo, salutem, et sinceram in domino charitatem. Sicut in nostra proposuistis presentia constitutus tria ecclesiastica Beneficia, videlicet Vicaria Ecclesie Sancte Marie de Barbastro, et Vicaria Sancte Marie de Beibigali necnon et Vicaria Sancte Johannis de Lagunarota tanto tempore de jure in vestra diocesi vacaverunt; quod potestas conferendi eas ad nos fuerat juxta Lateranensis statuta Concilii legitime devoluta. Verum cum vos alteram earum scilicet vicariam de Barbastro cum una portione Bonanato de Villasicca capellano vestro duxeritis conferendam, a nobis cum instantia postulastis ut nos collationem eandem ratam et firmam habendo, vobis licentiam conferendi reliquas duas vicarias concedere deberemus, nos itaque vestris in hac parte petitionibus grato concurrentes assensu collationem jamdictam de Vicaria Sancte Marie

de Barbastro ac portione predictis, gratam et ratam habentes, eam auctoritate metropolitana confirmamus, vobis nichilominus concedentes ut prefatas alias duas vicarias cum juribus et pertinentiis suis, conferre hac vice, personis dumtaxat idoneis auctoritate premissa libere valeatis. Data Valencie, nonas Januarii anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> nono.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 6.<sup>o</sup>, perg. núm. 416.)

## XII

*El obispo D. Jaime presta á los vecinos de Saliellas el agua de riego. que tomarán en el término de la villa de Sesa, propia de la Mitra. (30 de agosto de 1280.)*

Manifiesta cosa sia como nos don Jayme por la gracia de Deus vispe duesca a pregarías de Benedet, bayle de Saliellas, qui desto nos pregava de part de don Lop de Pomar, prestamos a los omnes de Saliellas el agua por regar la huerta de Saliellas, la qual queremos que prendan en el termino nuestro de Sessa, por gracia que femos adellos por raçon et por amor del dito don Lop, daqui a que nos lo revoquemos, el qual atorgamiento feyto por el dito sennyor vispe en presencia de mi notario et de los testimonios diuso scriptos, el dito Benedet reçebie el agua por gracia. El sennyor vispe mando an Bort de Monclar alcayt de Sessa que les lexasse (1) prender el agua por el termino de Sessa quanto, al dito sennyor vispe plaçeria et daqui a que el lo revocasse. Presentes fueron et desto testimonios, mayestro Ricart, et en Ferrer de Rivas, notario publico de Valencia. Feyto fo esto III<sup>o</sup> kalendas Septembris Era millesima CCC<sup>a</sup> XVIII<sup>a</sup>. Garçia Arbanies publico notario de Sessa qui esta carta scrivie et en la III<sup>a</sup> regla radie (2) et emende o diçe la huerta de Saliellas, et mi se ✠ nyal y fiz.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 5.<sup>o</sup>, perg. núm. 355.)

## XIII

*El obispo D. Jaime Sarroca, en pleno Sinodo y en la iglesia Catedral de Huesca, fulmina solemne sentencia de excomuniçión contra el Justicia de Aragón Pedro Martínez de Artasona, á cuyo efecto relata los graves desafueros por éste cometidos, que justifican la excomuniçión. (18 de marzo de 1281.)*

Noverint universi quòd diè mercurii que fuit XV<sup>o</sup> kalendas Aprilis anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> primo, reverendus pater in Christo dominus Jacobus Dci gratia oscensis Episcopus, convocata venerabili comitiva prelatorum et ceterorum clericorum oscensis civitatis et diocesis in ecclesia sedis Osce coram altari Jhesu Nazareni pro Sinodo celebranda, in presentia ipsorum prelatorum et clericorum omniùm ibidem existentium, indutus pontificalibus, una cum duodecim presbiteris indutis similiter sacerdotalibus vestimentis, ac tenentibus singulas candelas ardentes in manibus, ex causis inferius comprehensis processit ad excommunicandum seu anathematizandum Petrum Martini de Artasona Justiciam Aragonum prout sequitur. Audite filii et intelligite, qualiter Petrus Martini de Artasona Justicia Aragonum ultra decennium per quod tempore quo erat clericus sibi fuerat attributata Ecclesia Barbastri, per dompnum Garsiam quondam electum oscensis predecessorem nostrum detinuit fere per biennium, et adhuc detinet indebite et injuste contra voluntatem et prohibitionem abbatiam dicte Ecclesie et ecclesiam

(1) *Dejase.* (2) *Raspé; de rader, raspar.*

Beate Marie de Podio Barbastri, in qua ecclesia licet sit a nobis interdicta, facit celebrari divina officia, et percipit per dictum tempus, et percipit adhuc omnes fructus redditus et proventus ejusdem ecclesie Beate Marie de Podio, et impedivit et impediri fecit nobis per dictus tempus perceptionem decimarum fructuum reddituum et oblationum dicte Ecclesie majoris ville Barbastri, et recepit et recipi et occupari fecit partem eorundem violenter indebite et injuste, et monitus per nos et per officialem nostrum pluries et peremptorie necnon et rogatus per plures viros religiosos et alios ex parte nostra quod Ecclesiam et abbatiam predictam nobis redderet et desempararet, noluit eas vel alteram ex ipsis reddere vel desemparare, nec ab impedimento et perceptione dictarum decimarum oblationum proventuum et reddituum desistere vel cessare, quamquam dederimus fidejussores, et obtulerimus cum effectu dicto Petro Martini, quod eramus parati probare ostendere et fidem facere eidem, per testes instrumenta, computa diversa et kalendaria et per alias legitimas probationes, quod per decem annos tenuerat ipsam Ecclesiam Barbastri cum suis juribus et pertinentiis, et decem expleta sive fructus perceperat ex eadem, et stare etiam fidei quorundam bajulorum ipsius Petri Martini super predictis, et facere dicto Petro Martini super premissis et aliis de quibus querelam habet a nobis complementum juris et quicquid facere teneremur, in posse judicis competentis vel virorum religiosorum, aut aliorum honorum hominum. Immo quosdam presbiteros quos misseramus ad dictam Ecclesiam Beate Marie de Podio pro divinis officiis celebrandis, de ipsa Ecclesia expelli fecit turpiter ac violenter, manu armata, et quadam animalia nostra que deferebant vindemam de vineis nostris in villa Barbastri capi fecit per fratres suos, et detineri per aliquos dies, et hiis non contentus, invasit et depredavit manu armata, et invadi et depredari fecit, abbatias de Berbegal et de Lagunarrota et de Almudevar, pertinentes ad nos et Ecclesiam oscensem, et locum nostrum de Moep, et domum Guillelmi de Ayvar bajuli nostri tunc in villa Barbastri, de quibus abbatias et locis predictis abstraxit et abstrahi fecit et devastari et secum asportari bladum, vinum, pannos, tabulas, porcos vivos, carnes salsas, arma et plures alias res quas ibi invenit, non tantum semel set etiam his, in aliquibus ex ipsis abbatias. Expulit insuper et expelli fecit per quosdam de familia sua, violenter et manu armata, venerabilem Egidium Petri Grimonis priorem Sanctarum Massarum de Ecclesia Sancte Engracie cesaraugustane, in possessionem cujus Ecclesie dictus prior fuerat inductus auctoritate nostra legitime et de jure. Propterque omnia et singula supradicta, dictus Petrus Martini fuit et est excommunicatus tam auctoritate constitutionis Tarrachonensis Concilii, quam per sententiam Officialis nostri oscensis, et denunciatus etiam excommunicatus publice in nostra diocesi, et in aliis diocesis provincie Tarrachonensis. Unde cum dictus Petrus Martini persistens in sua malicia, et nolens desistere a premissis, immo mala malis, peccata peccatis, et predictam predem accumulans, procuret et faciat et facere nitatur cotidie, nobis et Oscensi Ecclesie totum illud malum quod potest, et Dei et hominum verecundia retrojecta, steterit animo indurato excommunicatus predictis sententiis per annum et ultra, more Pharaonis ejus duriciem et pertinaciam immitando. Cum crescente contumacia crescere debeat pena, idcirco nos Jacobus miseratione divina oscensis Episcopus, volentes predictam sententiam vel sententias agravare, ne clavium auctoritas vilescat ex contemptu, adhibita sollempnitate debita, ut premittitur, ex premissis

causis, et aliis justissimis rationibus, dictum Petrum Martini de Artasona Justiciam Aragonum, ut membrum putritum de corpore universalis Ecclesie abscondentes, ejus pertinacia exigente eundem Petrum Martini in hiis scriptis excommunicamus sive anathematizamus, et sicut lumen separamus ab istis candelis, ita ipsum Petrum Martini de Artasona auctoritate Dei et iudicio Sancti Spiritus a gremio sancte Matris Ecclesie et consorcio totius christianitatis eliminamus penitus quousque resipiscat, et mereatur reconciliari Ecclesie Sancte Dei, ut ejus spes in die iudicii salvus fiat. Lata fuit hec sententia die, anno et loco prefixis, presentibus Petro Lupi de Bagone, priore, Petro Berengario preposito, Arnaldo de Cascayls sacrista, Arnaldo de Rosanis archidiachonus de Sarravlo, Guillelmo de Sixena archidiachono Vallensis, magistrum Arnaldo Bremon archidiachonus Superarbiensis, Garsia de Rigulis archidiachono de Laures, Guillelmo Carbonelli sacrista jaccensis, Egidio Petri Grimonis priore Sanctarum Massarum, Petro de Barbastro elemosinario, Johanne Barbini cantore, Natali capellano majori, Batholomeo Tholosani et Pascasio de Tella canonicis oscensibus, et Johanne de Trogone priore, Forti Sanci archidiachono de Gorga, Dominico Terreni archidiachono Camere, Bernardo de Astrione priore de Liert, Sancio de Tena cantore, Martino de Casseda operario, canonicis jaccensibus, fratre Raimundo Guerini, priore Sancti Petri Osce (1), et presentibus Garsia de Falçes, Garsia de Sancto Jacobo, Petro Andree, Johanne de Arrasal, Garsia Petri de Muntflorit, Dominico Galinç, Raimundo Romei, Egidio de Padul, Natali vicario Ecclesie Sancte Marie de Foris (2), Dominicus de la Cort, Sancio Dauro, et Dominico Vitalis presbiteris qui fuerunt induti sacerdotalibus vestimentis una cum domino Episcopo quando tulit dictam sententiam ut predicatur, ac presentibus etiam omnibus aliis clericis in sinodo existentibus antedicto. In cujus rei testimonium, et ad majorem roboris firmitatem, nos predictus Episcopus hanc sententiam scribi et sigillari fecimus sigillo nostro per manum Guillelmi de Gabia notarii nostri.

Ego Jacobus dei gratia oscensis Episcopus subscribo.

Ego Guillelmus de Gabia notarius Reverendi patris in Christo domini Jacobi dei gratia Episcopi oscensis predicti, qui prolationi hujus sententie interfui, de mandato dicti domini Episcopi eam scripsi et sigillari atque in publicam formam redegí et sig. ✠ num meum hic apposui assuetum.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 6.º, perg. núm. 381.)

#### XIV

*El Obispo D. Jaime priva de la canongia que tenia en la Seo de Huesca á D. Martín López de Azlor, por tener juntamente el curato de Estadilla; por negarse á ser ordenado de diácono, y porque convocó soldados y tomó armas contra el obispo, llegando á invadir el palacio episcopal y cometiendo otros excesos. (20 de noviembre de 1281.)*

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Noverint universi quod nos Jacobus miseratione divina oscensis Episcopus, attendentes necessitatem

(1) Raimundo Garín, prior de la iglesia de San Pedro el Viejo, de Huesca. En su tiempo se formó el gran cartulario en folio que se conserva en el archivo de este templo, en el que están copiadas sus escrituras de censo, capellanías, donaciones, etc.

(2) Iglesia de Santa María de Foris, sita extramuros de la ciudad, hoy reducida á la de la Casa de Misericordia. Trata de ella el P. Huesca en el tomo VII de su *Teatro histórico de las iglesias del Reino de Aragón*.

et utilitatem oscensis Ecclesie que in servitoribus et precipue in diaconibus defectum maximum paciebatur, volentes eidem ecclesie paterna sollicitudine providere ex debito nostri officii, monuimus et citavimus canonice et peremptorie per nostras litteras patentès Martinum Luppi de Azlor canonicum ejusdem oscensis Ecclesie, ut die sabbati sancta Pasce tunc proxime ventura qua in ipsa ecclesia sedis Osce proponebamus ordines celebrare, compareret coram nobis ibidem diaconatus ordinem susceptum, qui Martinus Lupi quamvis monitus et citatus ut predicatur et per nos ipsa die sabbati ordines celebrantes in dicta ecclesia tempore competenti exoptatus non comparuit coram nobis nec dictum ordinem a nobis vel ab alio suscepit, nec aliquas causas proposuit per se vel per alium optare ipsum ordinem non posset suscipere nec debetur, nos etiam licet ex contemptu hujusmodi potuissemus procedere contra ipsum, voluimus tamen melius agere cum eodem, et quod nobis constabat evidenter quod ipse Martinus Lupi pluralitatem beneficiorum et in diversis diocesis obtinebat, videlicet canonicam oscensem et ecclesiam de Stadella illerdensis diocesis curam animarum habentem, quam habuit canonicam oscensem fuit adeptus et de dispensatione seu indulgentia ..... beneficia ..... (1) non constaret, monuimus et citavimus canonice et peremptorie dictum Martinum, ut coram nobis vel coram discretis viris Petro Lupi de Bagone, priore oscense, et Johanne de Camino quondam archidiacono superarbensis in oscense ecclesia quibus super hoc comisimus vices nostras, si forsitan nos suspectum haberet, quod non credebamus, compareret die termino et loco assignatis, ostendimus dispensationem seu indulgentiam siquam habebat, per quam posset dicta beneficia simul licite retinere. Qui Martinus Lupi ipsa die nec post non comparuit ydonee per se vel per alium nec nobis neque predictis priori et archidiacono gerentibus in hoc vices nostras, qui ipsum ad ostendendum dictam dispensationem canonice, et peremptorie citaverunt dispensationem aliquam ostendit super predictis, nec per se vel per alium fidem aliquam inde fecit, ne se excusavit quare illud facere non deberet, immo postea peccata peccatis accumulans nisus fuit superioris officium usurpare, mandando hominibus civitatis Osce et ville Barbastri et de Aynsa necnon et pluribus aliis oscensis diocesis quod nobis de juribus episcopalibus minime respondentur, nec nobis ut Episcopo obedirent, et invadendo cum hominibus armatis decimas et primitias pertinentes ad oscensem ecclesiam, eas tam in ecclesia de Nisano quam in aliis locis violenter occupavit, diffamavitque etiam nos et oscensem ecclesiam seu Capitulum multipliciter super plures homicidiis, simoniis, intrusionibus et aliis gravibus et enormibus criminibus non solum in civitate et diocesi oscense verum etiam in aliis civitatibus et diocesis, nec solum coram clericis et religiosis sed etiam coram laicis et curiis secularibus ad hoc per ipsum specialiter convocatis. Et veniendo contra obedientiam et proprium juramentum assumpsit contra nos et oscensem Ecclesiam, et pro laicis officium procurationis et advocacionis in Curis secularibus, et pro laicis exceptiones diffamatorias proponendo. Et hiis non contentus, venit cum magna multitudine armatorum et specialiter laicorum ad invadendum palatium nostrum civitatis Osce ubi nos eramus personaliter constituti, intrando cum dictis armatis et aliis pluribus, causa invasionis predicte

(1) Los puntos suspensivos indican palabras que es imposible leer por estar muy gastado el pergamino, que se dobla precisamente por aquella línea.

ecclesie sedis Osce et claustrum ejusdem contiguum ipsi palatio, *inmunitatem* ejusdem Ecclesie contra juramentum proprium ut predicatur violando. Fecit insuper invadi per familiam suam et parentes suos (?) homines nostros que dicebant incursus nostras proprias et familie nostre adaquantum, aliquos ex eis ledendo graviter et alios vulnerando. Denegavit etiam idem Martinus Lupi publice multociens verbotenus et inscriptis nos esse dominum suum tempore et pastorem, inmemor obediencie quam promissit nobis ut alii canonici ecclesie memorate. Nos autem adhuc volentes micius agere cum eodem, citavimus dictum Martinum Lupi *canonice* et *peremptorie* ut coram nobis vel coram discreto viro prefato Petro Lupi de Bagone priore oscense, certo termino compareret paratus nobis et oscensis Ecclesie, firmare et facere jus super injuriis et aliis supradictis, set ipse perseverans in sua pertinacia animo indurato, comparere per se vel per alium minime curavit termino assignato, nec postmodum coram nobis vel priore predicto quamquam per multum temporis exoptatus. Postea autem nos ad ejus maliciam convincendam, eundem Martinum Lupi iterato citavimus *canonice* et *peremptoric* ut coram nobis compareret super predictis justam sententiam auditurus, qui in sua pertinacia vel malicia perseverans, die sibi assignata ad audiendam sententiam non comparuit coram nobis nec se excusabit. Unde nos Jacobus dei gratia Episcopus supradictus attendentes quod nil prodesset obedientia humilibus si contemptus contumacibus non obsesset, et quod dictus Martinus non potest nec debet dicta beneficia sine canonica dispensatione simul licite retinere juxta canonicas sancciones, cum de ipsa dispensatione nobis non constet, nec de ea nobis vel predictis priori et archidiacono aliqua fuerit facta fides, nec nos canonicam oscensem quam primo habuit possemus sibi dimittere absque injuria et dispendio oscensis Ecclesie et nostri, et sine detrimento anime ejusdem Martini et scandalo plurimorum, precipue vero cum ipse monitus et requisitus ut *premittitur noluerit* promoveri in ordine debito et honesto utile etiam et necessario, immo in eodem servire recusaverit ecclesie antedictae, et nos esse suum dominum Episcopum et pastorem denegaverit et plura etiam contra nos et oscensem Ecclesiam comiserat ut predicatur, que sunt notoria et manifesta, eundem Martinum Lupi de Azlor absentem corpore presentem tamen spiritu ejus absentiam divina repelente presentia solum Deum habendo per oculos ut *judicium nostrum de vultu Dei prodeat* et oculi nostri provideant equitatem *comunicare consilio sapientum cum consilio et assensu* Petri Lupi de Bagone prioris et Capituli oscensis, ex predictis causis et pluribus aliis que movere possunt animum judicantes, *sententialiter* privamus perpetuo canonia quam obtinet in Ecclesia oscense, et ipsum privatum ipso jure *pronuntiamus eadem*, et eundem etiam quatenus de facto predictam detinet canoniam ab oscense Ecclesia, et dicta canonia *sententialiter* amovemus eidem super ea perpetuum silentium imponentes. Lata et pronunciata in palatio domus Episcopalis oscensis, die jovis scilicet XII<sup>o</sup> Kalendas decembris anno domini millesimo CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> primo, presentibus dicto domino Episcopo et priore et canonicis oscensibus infrascriptis. Et presentibus specialiter ad hoc vocatis et rogatis pro testibus fratre Sancio de Lanaja ordinis fratrum minorum, dompno Johanne Garcesii, *priori Sancti Cipriani Osce* (1), Guillelmo de Ayvar, pre-

(1) Iglesia de San Ciprián, ya desaparecida. Estuvo situada en el barrio de

centore Barbastri, dompno Martino Garcesii de Diacastiello, milite, dompno Bertrando de Salanova, magistro Bellio, Senebruno de Bagone, Salvatoris de Bolea, rectoris ecclesie de Lienas, Petro de Berdun et Petro de Orna, clericis, Petro Arnaldi de la Porra, et Guillelmo de Betesa, et pluribus aliis clericis et laicis ac religiosis. Et ut predicta majori gaudeant firmitatem presentem sententiam sigillis nostri Episcopi et Capituli oscensis et subscripcionibus propriis comunimus.

Ego Jacobus dei Gratia oscensis Episcopus subscribo.

(*Siguen las suscripciones de 16 canónigos de Huesca.*)

Ego Petrus Ferrarii publicus oscensis notarius prelacioni predictae sententiae interfui, et de mandato predicti domini Episcopi hec scripsi, et in publicam formam redegi, et hoc sig ✠ num meum apposui assuetum in testimonium premissorum.

(Arch. capitular de Huesca: armario I, leg. 2.º, perg. núm. 52.)

### XV

*D. Jaime Sarroca adjudica á Romeu de Fenollar la rectoria de la iglesia de Santa María de Salas, de Barbastro, vacante por muerte del que la desempeñaba. (25 de febrero de 1282.)*

Noverint universi quod nos Jacobus miseratione divina oscensis episcopus, attendentes idoneitatem persone vestre Romei de Fenoylario clerici nostri cui meorum sciencie et vite virtus et alia merita suffragantur non ad presentacionem cuiusquam set nostra dumtaxat auctoritate et libera potestate conferimus, concedimus et assignamus vobis dicto Romeo de Fenoylario acolito ecclesiam Sancte Marie de Salis de Barbastro nostre diocesis de facto et de jure vacantem per mortem Bernardi Brancha quondam rectoris ejusdem cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis. Ita quod in dicta ecclesia teneamini ydonee deservire et facere residenciam personalem et jura ipsius defendere et facere et procurare in eadem que utilia fuerint et inutilia evitare. Sitis insuper inde nobis et successoribus nostris et oscensi ecclesie in omnibus et per omnia obediens et fidelis, et teneamini nobis solvere in eadem ecclesia omnia jura nostra prout est hactenus consuetum. Et volentes quod infra annum proximo sequentem faciatis vos ad sacerdocii ordinem promoveri, et in eadem ecclesia deserviatis juxta tenorem constitutionis domini Gregorii pape decimi edite in concilio Lugduni, in eadem ecclesiam vobis curam comittimus animarum ut in die judicii de animabus vobis commissis dignam possitis Deo reddere rationem. Et ego Romeus de Fenoylario acolitus supradictus recipiens a vobis Reverendo patre in Christo domino Jacobo Dei gratia oscense episcopo dictam Ecclesiam Sancte Marie de Salis de Barbastro cum omnibus juribus et pertinenciis suis et cum cura animarum ut superius continetur, promitto vobis et juro tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliiis esse inde vobis et successoribus vestris et oscensi ecclesie in omnibus et per omnia obediens et fidelis, et omnia predicta et singula prout superius sunt expressa facere et complere juxta posse. In cujus rei testimonium et ad majorem roboris firmitatem nos predictus Episcopus hanc cartam scriptam per manum Guillelmi de Gabia notarii nostri et sigi-

---

la Judería, hoy Barrionuevo, y era muy antigua, pues al tiempo de la conquista de Huesca (1096), estaba ocupada por los moros. Luego, aunque sita en el barrio judío, estuvo dedicada al culto cristiano.

Illi nostri munimine roboratam, vobis dicto Romeo duximus concedendam. Data Gardenii Vº kalendas marcii anno Domini MºCCº octuagesimo secundo.

(Archivo del Capítulo de la Seo de Barcelona. Lleva pendiente el sello céreo del obispo.)

## XVI

*El Capítulo de la Iglesia de Huesca promete y jura prestar favor y ayuda al obispo D. Jaime contra las pretensiones de los Jurados y algunos clérigos de la ciudad, y en defensa de su iglesia; y el obispo jura asimismo defender los derechos de la Mitra y del Capítulo. (19 de agosto de 1284.)*

Noverint universi quod nos Petrus Luppi de Bagone, Prior, Petrus Bernardi, prepositus, Arnaldus de Cascayl, sacrista oscensis, Arnaldus de Rosanis, archidiaconus de Sarravlo, Guillelmus Carbonelli, archidiaconus de Ansona, Raymundus de Bolcya, prior de Rava, magister Arnaldus Bremont, archidiaconus de Sobrarbe, Natalis, archidiaconus de Val, Egidius Petri Grimon, prior Sanctarum Massarum, Galcerandus de Podio viridi, precentor, Bartholomeus Tolosani, capellanus major, Petrus de Rege, sacrista illerdensis, (1) Bernardus Ariol, Guillelmus de Apiera, canonici oscensis quilibet nostrum pro nobis et aliis de Capitulo oscense, libenti animo et spontanea voluntate promittimus vobis Reverendo patri ac domino Domino Jacobo Dei gratia oscensis Episcopo, et juramus tactis corporaliter sacrosanctis Evangelii defendere et juvare vos dictum dominum Episcopum et Capitulum oscensis Ecclesie, super petitionibus niotis vel movendis per Concilium et Juratos et quondam clericos civitatis oscensis vel eorum procuratores, vel quas vos et nos movere vel intentare possimus contra ipsos Concilium, Juratos et clericos vel aliquod ex ipsis ratione jurium vestrorum et Capituli et Ecclesie oscensis, et defendere status ipsius Ecclesie in quo erat tempore quo dicti Concilium Jurati et clerici moverunt noviter contra vos et nos questionem super eodem. Et quod super predictis vel ratione predictorum non veniemus contra vos vel Capitulum oscensis nec prestabimus in premissis dictis civibus Juratis vel clericis auxilium, consilium vel favorem contra vos vel Capitulum oscensis, nec faciemus, procurabimus seu maxinabimus (*sic*) aliquid contra predicta vel eorum aliqua palam vel occulte aliqua ratione. Et nos Jacobus miseratione divina oscensis Episcopus promittimus vobis dictis Priori et Capitulo et juramus nos facturos et completuros similiter omnia et singula supradicta prout superius sunt expressa ad deffensionem et conservationem juris nostri et Capituli Ecclesie oscensis et in aliquo non contravenire. In cujus rei testimonium et ad majorem roboris firmitatem, nos Episcopus et omnes alii prenominati hanc cartam scribi mandavimus per manum notarii infrascripti, et eam sigillis nostri Episcopi et Capituli oscensis ac propriis subscriptionibus munimine duximus roborandam. Actum est hoc XIIIº kalendas Septembris, anno domini MºCCºLXXXº quarto. Presentibus omnibus supradictis de Capitulo oscense et consentientibus in premissis.

(1) Hermano de nuestro Obispo. A lo que se ve, era ya en este año de 1284 canónigo de la Seo de Huesca.

(Siguen las suscripciones de los canónigos mencionados al principio del documento, y la del obispo, todas autógrafas. La de éste dice así: *Ego Jacobus Dei gratia oscensis Episcopus subscribo.*)

*Ego Jacobus Dei gratia oscensis Episcopus subscribo.*

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 3.º, perg. núm. 171. Conserva fragmentos de los sellos céreos pendientes, del obispo y del Capítulo.)

## XVII

*Escritura de censo otorgada por D. Jaime Sarroca y el Capítulo á favor de Juan de Fanlo y su mujer, sobre unas heredades en Buil. (15 de septiembre de 1286.)*

In Dei nomine et ejus gratia. Manifiesta cosa sia a todos como nos Don Jayme por la divinal miseracion Vispc de Osca, de consentimiento et voluntat del Prior et del Capítol de la Sie de Osca, con testimonio desta present publica carta firmament valedera, damos et atorgamos a treudo a vos Johan de Fanlo et a muller vestra dona Martiña vcçinos de Osca, en todos los dias de la vida vuestra todo l'eredamiento entegrament con el casal que nos avemos et aver devemos en la vila et en terminos de Boyl por raçon del vispado de Osca. El qual casal afronta de dos partes en carrera publica, et en tercera part en casas de lo grado. Item dos vinyas de las quales la una es en la pardina (1) de çaganiex, que affronta en vinya de los de Lines et en vinya de los de Moriello. La secunda vinya es en termino que es dito Nuaç (2), que affronta en via publica, et en campo de Sancta Maria. Item quatro campos, de los quales la uno es al molino de la Penna, que affronta en campo de don Pero Bonaye et en el río Dena (3). El secundo campo es al plano de Maçana, que affronta (4) en campo de Sancta Maria, et en via publica, et en campo de Johan de Gavardiella. El tercer campo es en el barrio de Sant Martin, que affronta en via publica et en campos de lo grado. El quarto campo es a la padul (5) menor, et affronta en campos de Sant Martin et en la dita padul. Item un linar a Ena, que affronta en via publica et en orto de Don Pero Melero. Segunt que las ditas affrontaciones circunden et ensarran (*sic*) (6) el dito heredamiento et casal, assí damos a vos aquell a treudo todo entegrament en todos los dias de la vida vuestra marido et muller tan solament, en tal convenio que milloredes el dito heredamiento et non lo pinyoredes (7), et que dedes et paguedes a nos o a successores nuestros cada un anno en la fiesta de Omnium Sanctorum dentro en nuestro poder en Osca, dos moravedis alfonsines, buenos et de buen oro et de dreyto peso (8), de treudo, et en est demeyo (9) que non podades el dito heredamiento todo ni en partida vender ni empenyar ni en ninguna manera alienar (10). Apres empero de los dias de la vida de vos ditos Johan de Fanlo et de muller vuestra Martina, el dito heredamiento con el casal con todo el milloramiento allí feyto a nos et a

(1) Lugar despoblado; de *parietinae*, paredones ruinosos. (2) Nuez. (3) El río de Ena; que pasa por Ena. (4) Limita ó confronta. (5) Paul. (6) Por encierran. (7) Empeñéis. (8) De legitimo peso. (9) Pacto. (10) Enajenar.

successores nuestros encontinent et en paz entegrament torne, sienes (1) ningún embargamiento et contrariedad et retenimiento de ninguna persona et sienes toda carga de deudo. Et nos avantditos Johan de Fanlo et Martina muller dell con muytas gracias recebemos de vos dito seynnor vispe el dito heredamiento et casal a treudo sotç (2) la forma et las condiciones anteditas, prometientes el dito treudo pagar cada un anno en el dito termino, et a tener et complir todas las condiciones et cada unas daquellas segunt que dito es de part de suso (3), dius (4) obligacion de todos nuestros bienes möbles et sedientes ganados et por ganar. Testimonias son desto Pero Pomar clérigo del dito seynnor Vispe, et don Guillem Dalmau, capellan de la capellania de sancta Caterina de la Sie (5) de Osca, et don Matheu de Narbona, ciudadano de Osca. Esto fue feyto XV dias entrados en el mes de setiembre Era M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup> quarta. Et yo Pero Ferrer publico notario de Osca, de mandamiento de los sobreditos esta carta escrivie et por letras la partie con sobre escripto en la XI<sup>a</sup> regla on (6) diçe de vos, et mi sig ✠ nal y pose costumpnado en testimonio de las avant ditas cosas.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 3.<sup>o</sup>, perg. núm. 214. Carta partida por el ABC.)

## XVIII

*Escritura de censo otorgada por D. Jaime Sarroca, obispo de Huesca, á favor de Salvador de Maseilla y Domingo Lanaja, sobre un huerto propiedad de la Mitra, sito en Huesca junto al muro de tierra. (16 de noviembre de 1286.)*

Manifiesta cosa sia a todos como Nos don Jayme por la gracia de Dios vispe de Osca, damos et atorgamos a treudo a vos Salvador de Masseylla et a Domingo Lanaja, ciudadanos de Osca, un orto que nos avemos en Osca en termino que es clamado (7) Alquibla, que affronta en el muro de terra et en carrera publica, et en orto don Johan Lopez de Artasona, et en orto don Bernard d'Arolas, en tal convenio que vos que metades (8) en milloramiento del dito orto de huey (9) en dos annos primeros vinientes, trenta solidos dineros iaqueses, a conoxiença (10) de nos o de nuestro procurador (11), et que dedes et pagedes a nos et a successores nuestros cada un anno de treudo en el mes de Janero cinco solidos dineros iaqueses, et al Seynnor Rey XVIII dineros, los quales prende en aquell huerto por raçon del agua de que se riega el dito orto. Et si passava I mes part el dito termino que non pagassedes vos o vuestros successores el dito treudo entegrament cada un anno, que nos o nuestro procurador dalli adelant quando a nos plaçra (12) por nuestra propria auctoritat et sienes ningún juicio, que nos podamos emparar (13) del dito orto con todo el milloramiento alli feyto, et podamos daquell fer nuestras proprias voluntades, et por tot exo (14) que seades tenudos de pagar el treudo fallido. Et si vos o vuestros successores auriades a seer en juicio por raçon del dito orto, que fagades dreyto en poder nuestro o de nuestro official et no en poder de otro ninguno. Et si por aventura el dito orto querredes vender vos o vuestros successores, que lo fagades a saber a nos o a nuestros successores X dias antes, et si lo querremos comprar, que lo ayamos V solidos menos

(1) Sin. (2) Bajo. (3) Arriba. (4) Bajo. (5) Seo. (6) Donde. (7) Llamado ó designado. (8) Pongáis. (9) Hoy. (10) Conocimiento. (11) Tachado: dos canonges de Osca los quales nos esleyeremos. (Elegiremos; de esleir.) (12) Placerá. (13) Apropiar ú ocupar. (14) Esp.

que otro ninguno, et si no lo querremos comprar, dalli adelant podades el dito orto vender a qui vos querredes, exceptado a cavalleros infançones, clerigos; personas de religion et mesiellos mas a vuestros consemblantes (1), que el dito treudo paguen et cumplan las condiciones anteditas. Et vos, todo esto façiendo et cumpliendo, queremos et atorgámos que dest dia adelant ayades, tingades et espleitedes (2) el dito orto salvo et seguro, a dar, vender, empeynnar (3) et a qui vos querretç alienar (4) por todos tiempos, salvo a las personas de suso exceptadas et en la forma sobredita. Et nos avantditos Salvador de Massella et Domingo Lanaja con muytas gracias recebemos de vos honrado padre et seynnor vispe el dito orto a treudo sotç las formas et las condiciones anteditas, prometientes por nos et nuestros successores aquellas a tener, complir et observar, segunt que dito es de part de suso, dius obligacion de todos nuestros bienes. Et a mayor seguridat vuestra, damos a vos fiança de meter o fer meter los ditos XXX solidos de millora en el dito orto entro al dito termino, et de pagar o fer pagar el dito treudo cada un anno entro que la millora sia alli feyta, Don Pedro don Guiliammo, ciudadano de Osca, et nos con el ensemble (5) et cada uno por el todo. Et yo dito Pedro don Guiliammo la dita fiançaria de buen grado fago et atorgo segunt que dito es de suso. Testimonias son desto maestre Guillem de Montçon, racionero de la Sie de Osca, et don Guillem Dalmau, capellan. Esto fue feyto XIII dias en fin del mes de Noviembre Era M<sup>a</sup>CCC<sup>a</sup>XX<sup>a</sup> quarta.

Et yo Pero Ferrer, publigo notario de Osca, de mandamiento del dito seynnor vispe esta carta escrivie et mi sig **X** nal y pose costumpnado.

(Arch. capitular de Huesca: armario VI, leg. 6.º, perg. núm. 406. Carta partida por el ABC.)

#### XIX

*El Prior y Capitulo de canónigos de la Catedral de Jaca declaran que la deposición y privación de la canongla de D. Martín López de Azlor, electo obispo de Huesca, hecha por el obispo D. Jaime Sarroca, había sido injusta y contra derecho. (10 de febrero de 1289.)*

Noverint universi quod nos Andreas de Clarisvallibus prior, et totum Capitulum jaccensem ecclesie, ex certa scientia recognoscimus et confitemur cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, quod privationi canonie venerabilis Martini Luppi de Azlor canonici oscensis, et nunc electi in Episcopum oscensem ecclesie, quam dominus Jacobus bone memorie quondam oscensis Episcopus, quod nos super dicta privacione requisiverit importune per litteras et nuncios, et esset personaliter apud Jaccam, habuimus consentire inviti et coacti per mctum qui poterat et debebat cadere in constantem et contra voluntatem nostram, timentes privationem similiter similem nobis fieri beneficiorum nostrorum cum potentiores nobis privarentur de facto. Et licet sciremus et suspicaremur ex veris et probabilibus conjectimus quod animose et perpropere dictus dominus Episcopus procedebat in dicto negotio contra dictum Martinum Luppi, cum justa causa aliqua non fuisset propter gratia privari debuisset nec ita rigide procedi contra ipsum, maxime appellacionibus veris et legitimis utpote pro libertate oscensi Ecclesie pendentibus ex ejus parte ad Sedem apostolicam interjectis,

(1) ¿Parientes cercanos? (2) Cultivéis, explotéis. (3) Empeñar. (4) Queréis enajenar. (5) Juntamente.

habuimus nichilominus licet presentes non fuerimus postmodum privationi hujusmodi consentire et instrumento privationis subscribere ut dampnum proprium vitaremus. Fuit enim dicta privatio contra jus et consuetudines laudabiles oscensis et jaccensis ecclesie facta, cum pro hiis pro quibus privatus extitit dictus Martinus Luppi ubi aliqua de ipsis comisset quod non credimus agendum fuisset micus cum eodem, et alii canonici oscensi et jaccensi per predecesores dicti domini Episcopi micus fuerint in talibus castigati nec invenitur quod pro aliquo excessu qui comissus fuerit per aliquem oscensem canonicum et jaccensem aliquis per aliquem prelatum privatus fuerit canonica licet imponeretur sibi alia penitentia salutaris, jure enim cavetur quod leniter castigatus, reverenciam exhibet castiganti, nimie enim correctionis increpatio nec correctionem recipit nec salutem. Actum fuit hoc apud Oscam, quarto idus Febroarii (*sic*), anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup> nono. Presentibus et ad hoc adhibitis et rogatis testibus Raimundo Acuti officiali oscensi, et dompno Egidio de Naval presbitero. Et ut presens instrumentum majori vigeat firmitate, nos predicti Prior et Capitulum subscripcionibus propriis et sigillo jaccensis Capituli duximus roborandum.

(*Siguen las suscripciones de 15 canónigos de la Catedral de Jaca y la del notario autorizante, «Petrus Ferrarii», de Huesca.*)

(Arch. capitular: Armario II, leg. 5.<sup>o</sup>, perg. núm. 229.)

## XX

*Bula del Papa Nicolás IV al obispo de Huesca Ademaro, en que dice que la elección de D. Jaime de Roca, ó Sarroca, en obispo de Huesca se hizo sin el consejo de San Raimundo de Peñafort, como el Papa había ordenado; y da comisión á Ademaro para dispensar á los beneficiados instituidos por dicho obispo D. Jaime, como no tengan otro impedimento canónico, ó de conferirles de nuevo los Beneficios, según juzgare. (15 de marzo de 1291.)*

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, venerabili patri Ademaro Episcopo oscensi, salutem et apostolicam benedictionem. Lecta coram nobis tua petitio continebat quod olim bone memorie Garsia Oscensi electo apud civitatem Viterbiensem viam universe carnis ingresso et preposito ecclesie oscensis suo et Capituli ejusdem ecclesie nomine pie memorie Gregorio Papa decimo predecessori nostro humiliter supplicante ut providendi per electionem canonicam vel postulationem concordem eodem ecclesie de pastore ipsis licentiam concedere dignaretur, idem predecessor eis postulatam concedens licentiam voluit ut de consilio et assensu quondam fratris Raymundi de Pennaforti ordinis predicatorum penitentiarii et Capellani dicti predecessoris sibi assumerent personam idoneam in pastorem si secus facerent irritum decernendo. Verum iidem prepositus et Capitulum absque consilio et assensu dicti fratris ad electionem postmodum procedentes bone memorie Jacobum Episcopum Oscensem in suum elegerunt episcopum et pastorem, qui recepto consecrationis munere plures clericos promovit ad sacros ordines et pluribus provident de beneficiis ecclesiasticis, etiam curam habentibus animarum. Cum autem a nonnullis juris peritis (?) firmiter asseratur, electionem dicti Jacobi propter premissa minus canonicam extitisse ac per consequens ea que in hac parte per ipsum fuerunt habita, de jure nullam obtineant firmitatem de ipsorum clericorum salute sollicitus nobis humiliter supplicasti ut provideret ipsis super hoc maxime cum multitudo sit in causa de benigni-

nitate apostolica curaremus. Nos itaque de circumspectione tua gerentes in domino fidanciam pleniorum dispensandi, cum predictis clericis qui ab eodem Jacobo taliter ordines seu beneficia receperunt dummodo sint idonei et aliud canonicum non obsistat quod eorum quilibet possit in preceptis ordinibus ministrare, ac beneficium receptum, cum fructibus ex eo perceptis licite retinere, seu de novo ipsis beneficia hujusmodi conferendi prout animarum eorum saluti videris expedire premissis veris existentibus liberam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Dat. apud Urbem veterem Idus Martii Pontificatus nostri anno quarto.

(Archivo capitular de Huesca: armario VI, legajo 5.º, pergamino núm. 378. Original. Lleva bula plúmbea pendiente.)

## XXI

*Constitutiones domini Jacobi Episcopi Jaccensis (1)*

In nomine domini Jesu Christi, hec sunt constitutiones edite per Reverendissimum Patrem et dominum Jacobum miseratione divina Oscensem Episcopum... in generali Synodo celebrata sexto idus Novembris anno a Nativitate domini millesimo ducentesimo octogesimo. (8 de noviembre de 1280.)

## I

De electione. (Rúbrica.)

## II

Obtinentes Parochiam vel Vicariam intra annum, se faciant ad sacrum ordinem promoveri. (Idem.)

## III

De temporibus ordinationum et qualitatibus ordinandorum. (Idem.)

## IV

De officio archipresbiteri. (Idem.)

## V

De vita et honestate clericorum atque etiam potestatem eorum exercendam. (Idem.)

## VI

Pena clericorum ludentium ad aleas aut taxillos. (Idem.)

## VII

Quod clerici portent vestes et tonsuram. (Idem.)

---

(1) Aunque en el texto se dice que estas Constituciones sinodales del obispo Sarroca, que obran en el libro de la Cadena de la Catedral de Jaca, carecen de fecha, mejor informado, debo decir que tienen la del 8 de noviembre del año 1280. Por tanto, si bien es cierto que en 18 de marzo de 1281 celebró Synodo nuestro obispo en la Catedral de Huesca, no se dictaron en aquella ocasión las Constituciones de referencia, pues lo habían sido, como se ve, un poco antes, el 8 de noviembre del año anterior, y en la iglesia de Jaca; y así se deduce por el epigrafe *Constitutiones domini Jacobi Episcopi Jaccensis*, esto es, de dar á D. Jaime Sarroca el título de obispo de Jaca (*jaccensis*) solamente, como indicando ser las Constituciones privativas de la iglesia de Jaca y su jurisdicción.

Damos arriba tan sólo los títulos de las 21 rúbricas de las Constituciones, para tener idea y memoria de ellas; no ofreciendo el texto íntegro de las mismas, por carecer de mayor interés, y no hacer propiamente á nuestro intento. Debemos su copia al ilustrado canónigo de la Catedral de Jaca, D. Marcos Antoni.

## VIII

De cohabitatione clericorum ac mulierum. (Idem.)

## IX

De clericis non residentibus. (Idem.)

## X

De institutionibus. Quod nullus recipiat beneficia nova nisi ab Episcopo. (Idem.)

## XI

De pignoribus. Contra clericos obligantes, acensantes, arrendantes aut arbitrum dantes laicis etiam si fructus aut redditus emant. (Idem.)

## XII

Quod clericus non possit pro mutuo obligare beneficiorum. (Idem.)

## XIII

Quod nullus clericus et ne alienus de propria pecunia etiam acquisita emat possessiones aut res aliquas nomine alieno. (Idem.)

## XIV

De sacramento Matrimonii non ministrando alienis parochianis. (Idem.)

## XV

De jure patronatus. (Idem.)

## XVI

De celebratione Missarum. Quod filii illegitimi non ministrent patri celebranti. (Idem.)

## XVII

De reliquiis in veneratione sanctorum. (Idem.)

## XVIII

De cognatione spirituali, nec etiam baptizans aliquem admittat plus quam duos aut tres sicut patrilinos aut matrilinos. (Idem.)

## XIX

De usuris. (Idem.)

## XX

De sententia excommunicationis late aut conspirationes facientes. (Idem.)

## XXI

De tenmagio (*sic*) et ludis inhonestis. (Idem.)

(Archivo de la Catedral de Jaca: libro de la Cadena, págs. 51 y sigs.)

RICARDO DEL ARCO

Correspondiente de las Reales Academias de la Historia  
y de Buenas Letras de Barcelona